§ 8 Martii 1603. N

Sacra Regia Ma:tas

111

U 32.

Mihi uerò à Regia Ma:te V:a commendatissimus fuit R:D. Jo: Albertus Grocovischius, qui nunc patriam repetit. Quanquam, et propria nobilis, ac eruditi Viri merita, et quæ mihi cum Episcopo Plocensi eius auunculo uetus intercedit amicitia, studium, operamq; meam omnem suo sibi iure uendicant. Quid autem statuendum duxerit S.mus D.nus N.r de illa Decanatus Plocensis controuersia, quam mihi quoq; diligenter commendatam uoluit Ma:tas V:a ab Ipsomet Jo: Alberto, si sibi cordi fuerit, uberius poterit cognoscere. Itaq; longiori scriptione non utar. Deum tantum precatus, ut Ipsam Ma:tem V:am quàm diutissimè incolumem tueatur. Romæ die 8. Martij 1603.

Maiestati Vrae

Seru:r humill:s

Cinth: Card:lis S. Georgij

Regi Poloniæ.

114

Ser.mo Principi ac D.no D. Sigismundo

Poloniae et Suetiae Regi potentissimo etc.

Card.l Cyn.thius

8. Gensimo